

bonos facit; mala autem arbor - fructus malos facit; non potest arbor bona fructus malos facere. neque arbor mala fructus bonos facere; Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur; Igitur ex fructibus eorum cognoscatis eos; **N**on omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnum caelorum; sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est. ipse intrabit in regnum caelorum; **M**ulti dicent mihi in illa die. dñe. dñe. nonne in nomine tuo prophetauimus. & in tuo nomine demonia eiecimus. & in tuo nomine uirtutes multas facimus. & tunc confitebor illis quia numquam noui uos; Discedite a me qui operamini iniquitatem; **O**mnis ergo qui audit uerba mea haec & facit ea. ad similitudinem uiros sapientia. qui aedificauit domum suam supra petram; & descendit pluuia & uenerunt flumina & flauerunt uenti & inruerunt in domum illam & non cecidit; fundata enim erat supra petram; & omnis qui audit uerba mea haec & non facit ea. similis erit uiro stulto qui aedificauit domum suam super haereticam; & descendit pluuia & uenerunt flumina & flauerunt uenti & inruerunt in domum illam & cecidit. & fuit ruina eius magna; **E**t factum est cum consummasset ih̄s uerba haec. admirabantur turbae super doctrina eius; Erat autem docens eos sicut potentiam habens. non sicut scribae eorum & pharisaei.

¶ Lxviii
lv. lxxiii.
lo. cxxvii.

¶ Lx
lv. clxxi.

¶ Lxi
lv. lxxii.

¶ Lxii
lv. lxxiii.

¶ Lxvii
lv. lxxviii.

¶ Lxviii
lv. lxxviii.

CUM AUTEM INTRUISSET CAPHARNAICUM. SECUTAE SUNT EUM TURBAE MULTAE; & ECCE LEPROSUS UENIENS. ADORABAT EUM DICENS; Dñe. si uis potes me mundare; & extendens manum ih̄s. tetigit eum dicens; uolo. mundare; & confestim mundata est lepra eius; & ait illi ih̄s. uide nemini dixeris. sed uade ostende te sacerdoti. & offer munus quod praecipit moyses in testimonium illis; **C**um autem introisset capharnaicum. accessit ad eum centurio rogans eum & dicens; Dñe.